





827A.

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA  
QVA

34  
1723 27  
OBSERVATIONES  
FORENSES

EX MATERIA

DE

PACTIS DOTALIBVS  
ALIISQVE IVRIS CAPITIBVS

PRAESIDE

IO. BALTHASARE WERNHERO

ICTO

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI, ET ELECT.  
SAX. A CONSILIIIS AVLAE ATQVE IVSTITIAE,  
ORDINARIO, ET DECRETALIVM P.P. ETC.

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

AD D. XXIX. NOV. MDCCXXIII.

IN AVDITORIO MAIORI

PRO CONSEQVENDIS

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

ET

PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

PVBLICE VENTILANDAS PROPONET

IO. CHRISTOPHORVS KLETTIVS

RADEBERGA MISNICVS.

VITEMBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIAE.





## OBSERVATIO I.

Pa<sup>ct</sup>a dotalia, quæ per modum contractus fiunt, testamentum quidem, non vero alienationem inter vivos, impediunt.



Intelligo testamentum, aliamue ultimam uoluntatem, per quam adimitur, uel minuitur portio, ex tabulis dotalibus debita. Nascitur enim ex huiusmodi pactis, perinde ut ex aliis contractibus, ius quaesitum coniugi, quod ipsi inuito interuerti nequit. Sicuti uero in illis regulariter agitur de bonis, quae coniux praemoriens post mortem relicturus est, ita non apparet, quomodo alienationem inter uiuos impedire queant. Primo enim constat, uiuentis non esse hereditatem. neque hanc intelligi, nisi post mortem. *l. 1. ff. de hered. uel act. uend. l. 1. ff. pro hered.* Deinde, si uel maxime paciscentes a uerbis, quae hereditatem, uel successionem, indicant, abstinerint, manifestum tamen est, non id eos agere solere, ut se alienandi facultate exuant, sed ut, paciscendo in uim contractus,

tractus, sibi inuicem ius irrevocabile in futura successione, seu in bonis, quae post mortem supererunt, tribuant. Nisi forte, quod raro contingit, alia contrahentium mens liquido appareat; u. g. si expresse alter coniugum alteri certam bonorum, quae in praesenti possideat, partem, uel rem singularem, assignet. Tum enim dubitari nequit, quin simul alienatio, quatenus eam portionem minuit, prohibita intelligatur. Sed talis mens, ut dixi, praesumi nequit. In dubio potius et regulariter, futuram hereditatem, pacifcentes respexisse censei debent. Quamobrem non male, meo iudicio, distinguit ANT. FABER in *Cod. L. 5. tit. 9. d. 8. et 9.* utrum in tabulis dotalibus filia instituta sit, in quota bonorum, an in quota hereditatis. Priori casu, ubi nempe pacifcentes de bonis praesentibus expresse loquuntur, inualida est omnis alienatio, cum praesudicio alterius coniuncta. Posteriori autem casu libera est alienatio; cum filia instituta sit in ea re, quae, patre uiuente, nulla est. Etsi enim, ubi pactum in uim contractus conscriptum, nihil interfit, quibus uerbis aliquid datum, omnino tamen refert, quid datum sit. Quod si autem alienatio, fraudandi consilio, fiat, aut inofficiosa sit, eam non ualere, largior; exemplo donationis inofficiosae, quae, quatenus inofficiosa est, et legitimam laedit, rescinditur. *l. i. C. de inoffic. donat.* Merito enim eiusmodi portio hereditatis, alteri coniugum ex pactione dotali debita, cum portione statutaria, et haec cum legitima, comparatur. Vid. ZIEGLER *Tr. de Success. Coniug. §. 9. in fin.* Vnde consequitur, non usque quaque admitti posse, quod generaliter Dd. asserunt, ius, ex pactis dotalibus quaesitum, alienationem bonorum impedire; quod speciatim uult STRYCK de *Success.*

*Sucess. ab intest. D. 8. c. 5. §. 24. quem sequitur Nobil. DN. DE BERGER Oeconom. Jur. p. 132. in fin. seq.* Neque uero regulariter is, qui ita paciscitur, sibi hanc dicit legem, ne alienare uelit; contra potius, dum partem futurae hereditatis alteri coniugum assignat, sibi liberum, de bonis suis inter uiuos disponendi, arbitrium haud obscure reseruat; dum nouit, nihil iuris alteri competere, nisi in hereditate, post mortem extitura. Addit laudatus DN. DE BERGER, *alioquin omnem uim pacti, per alienationem, elidi, atque actionem personalem ad id, quod interest, inanem reddi.* Atqui hinc nulla iusta conquerendi causa enascitur; non magis sane, quam si quis alii cuiunque promittat, quod ipsius hereditate potiri debeat, et deinceps nihil, uel parum, eidem relinquat. Namque sub hereditate, id ipsum intelligitur, quod supererit aliquando, siue multum, siue parum, futurum sit. Quamobrem et in hoc fallitur STRYKIVS, dum *c. l.* putat, ex pactis dotalibus, in uim contractus initis, ius reale, quod bona promittentis afficiat, oriri. Cum enim nullum ius habeat alter, nisi in bonis, post mortem residuis, frustra est, quod, aduersus alienantem, ius aliquod reale iactitet, quod liberam de illis inter uiuos dispositionem impediatur. Pro qua opinione recte propugnat THOM. MICHAEL *apud KLOCKIVM Tom. 3. Conf. 123. n. 121. seqq.* Nec uero metuendum, quod STRYKIVS *c. l.* ueretur, *ne alias alter hoc modo decipiatur.* Decipi enim nequit, qui scit, uel scire debet, nihil sibi iuris competere, nisi in massa bonorum, post mortem coniugis superstiti. Neque plus in recessu habet, quod STRYKIVS *c. l.* urget, *per indirectum sic tale pactum reuocari, cum tamen id, quod una uia prohibitum, alia admitti non debeat.* Falsum enim est, quod

quod, alienando bona, reuocetur pactum; quippe quod non de aliis bonis initum, quam post mortem exituris. Itaque spes potius, quam res, & quantitas certa, in conuentionem deducta intelligitur. Argumentum, a portione statutaria sumtum, destruit potius, quam iuuat, causam STRYKII. Fallum enim est, quod haec alienandi facultatem impediatur; quippe quae itidem nonnisi eorum bonorum, quae moriens coniux relinquit, partem complectitur. Et pessime maritis consultum esset, si illius intuitu, libera, de bonis suis disponendi, facultate carere deberent. Vnde nec dispositiones inter uiuos, sed tantum ultimae uoluntates, quae in praecidium portione statutariae fiunt, in *Part. 3. Const. El. Sax. 7.* pro inualidis expresse declarantur. Vt hinc insuper haberi debeat extensiuam interpretationem, qua CARPZOV. *c. l. d. 5.* utitur, nulla solida ratione subnixam. Nec maius pondus inest argumento, quod STRYKIVS *c. l. ex Nou. 22. c. 33.* repetit. Primo enim nihil ibi, de portione statutaria, habetur. Deinde regula, *quod lucrum, lege datum, nemo priuatus aufere possit*, propterea huc applicari nequit, quia lex non aliam portionem coniugi superstiti tribuit, quam quae, ex qualitate hereditatis superstitis, aestimari, & determinari debeat. Cum utique haec non maiori privilegio, quam legitima liberorum, gaudeat. Add. ZIEGL. *c. l.* Et hoc erat demonstrandum.

OBSER-



## OBSERVATIO II.

Paëta dotalia, in uim ultimae uoluntatis inita, possunt ab uno coniugum, altero inuito, reuocari, etsi ante nuptias condita sint.

Constat, paëta dotalia duplici modo iniri, per modum uel contractus, uel ultimae uoluntatis. Priori casu testium praesentiam haud requirunt, neque ab illis, nisi utriusque conjugis consensu, recedi potest, iuxta regulam uulgatissimam: Quod ab initio uoluntatis est, ex post facto necessitatis fit. *l. 5. C. d. O. & A.* Posteriori autem casu, ex indole aliarum ultimarum uoluntatum, aestimantur; adeoque testes quinque desiderant. *arg. l. ult. C. de Codicill. & unius etiam arbitrio libere mutari possunt. l. 4. ff. de adim. uel transf. leg.* Quod discrimen usu fori perpetuo seruari solet. Enimuero contendunt aliqui, reuocari non posse paëta dotalia, in uim licet ultimae uoluntatis contracta, modo tempore sponsaliorum inita sint, eoque cautelae loco commendant, ut fiant ante nuptias; In qua opinione speciatim est *Nob. Dn. DE BERGER, Oeconom. iur. pag. 134. Not. 1.* Sed, ut uerum fatear, non intelligo, quid temporis ratio, utrum paëta dotalia ante, an post, nuptias fiant, ad rem praesentem conferat. Vtroque sane casu non arctius quis se deuincire uoluisse censi potest, quam uerbis expressit; quae si ultimam uoluntatem innuant, hoc ipso reuocandi facultatem sibi reseruasse intelligitur; siue cum sponsa, siue cum uxore, paciscatur. Quod si talis conditio sponsae displicuerit, debebat

OBSERVATIONES

bat contradicere, & modum paciscendi per contractum urgere, in eoque consensum suum, & ualiditatem sponsaliorum, expresse constituere. Quod cum non fecerit, sibi hoc imputare, & de se queri debet, quod non aliam sponsalibus legem dixerit. Neque uero haec, a Dn. BERGERO suppeditata cautela, uel apud STRYCKIUM, uel ESBACHIVM, ad quem utrumque c.l. pro-uocat, reperitur. Vterque enim hoc tantum dicit, quod alicubi receptum sit, ut omnia pacta dotalia, sine discrimine, uim obligandi habeant, & poenitentiam excludant, idque aequitati congruere, STRYCKIUS adiicit; Sed in tempore, utrum pacta huiusmodi ante nuptias, an post eas, ineantur, nullum omnino momentum ponunt. Ita censuisse Ordinem Ictorum Vitem-bergens. Mens. Aug. 1723. ad interrogationem G. H. A. O. von Lübau/a Dn. Praeside relatum accepi. Verb. Ob wohl eines theils das Ehe-Pactum quaest. nicht ein simplex, sondern ein mixtum & successorium, in Ansehung/ daß darinnen die uerba dispositiua, in uim ultimae uoluntatis concepta, nemlich/

worzu ich sie/zur Erbin / krafft dieses/ würcklich instituire zc.

enthalten / auch die solennia ultimae uoluntatis, nemlich s. Zeugen / dabey gebrauchet worden / zu seyn scheint / dergleichen Pacta mixta aber / bewährter Rechts- Lehrers Meynung nach / invito altero, reuociret werden können / auch distalls die Zeit / ob solche ante, oder post, nuptias errichtet / nicht zu attendiren / gestalt dieser von einigen gemachte Unterscheid ohne Grund ist zc.

OBSER-

## OBSERVATIO III.

Quando ex Contextu Pactorum  
dotalium liquet, uoluisse paciscentes inter uiuos  
disponere, illa in uim Contractus ualent, etsi  
successionis & heredum mentio  
facta sit.

**E**quidem regulariter ad uerba, quibus paciscentes  
usi sunt, attendi, indeque mens & intentio eorum  
diiudicari debet. vid. *Part. 1. obs. 282.* STRYCK.  
*de Cautel. Contr. Sect. 3. c. 8. §. 2. seq.* At enim uero, si con-  
textus pactorum clare mentem contrahentium osten-  
dat, frustra captantur uerba; quippe quorum non nisi  
tunc, ubi res dubia est, neque aliunde intentio paci-  
scentium apparet, ratio habenda uenit. Add. Nob. Dn.  
DE BERGER, *Oeconom. Iur. p. 133.* Adeo, ut etiam a pro-  
prietate uerborum recedi possit, si mens contrahen-  
tium certa sit. *arg. l. 69. ff. de legat. 3.* Ita laudatus Or-  
do Ictorum Vitembergensis Mens. Aug. 1723. ad in-  
terrogationem eiusdem, uerb. **D. a D. Ehe: Pacta be-  
währter Rechts: Lehrer Meynung nach,** in dubio &  
regulariter per modum contractus concepta praesu-  
miret werden/

STRYCK. *de success. ab intestat.*

*Diff. VIII. c. V. §. 41.*

Dn. DE BERGER *Oeconom. Iur. p. 133.*

vor dergleichen auch die quaestionirte um so viel mehr  
zu halten/ da so wohl im Anfang der Disposition, we-  
gen der künftigen Succession, die Clausul:

Daneben zwischen beyden Contrahenten/ und der-  
selben Auerwandten/ wegen der Todes-Fällen/ als

B

len

len Irrungen vorzukommen/ wohlbedächting ab-  
geredet und verglichen worden/ daß es nachfol-  
gender gestalt soll gehalten werden ꝛ.  
als auch am Ende dergleichen/ nemlich:  
welchen allen sie ehrbarlich nachzukommen/ ein-  
ander mit Hand und Mund angelobet/ und ver-  
sprochen haben/ ꝛ.

enthalten, durch welche mutuam promissionem, siue  
conventionem, circa dispositionem de successione, aus  
welcher die Contrahenten/ gegen einander ein ius  
quaesitum erlanget haben/ allerdings die potestas aliter  
disponendi, invito altero, ihnen benommen worden/

Licet enim haec pacta uim ultimae uoluntatis  
quoad effectum deferendae hereditatis sortiantur,  
pacta tamen sunt, & modus ex his succedendi  
Conventionalis,

STRYCK. c. 1. §. 40.

So erscheinet dar aus allenthalben so viel/ daß Kire sich  
einer reformatoriae contra sententiam quaest. nicht  
werde zu getrüsten haben; D. R. W.

#### OBSERVATIO IV.

Quamuis coniuges, in Tabulis do-  
talitiis, in uim ultimae uoluntatis initis, se in-  
uicem heredes instituant, tamen quin-  
que testes sufficiunt.

**N**on leuis hic subnascitur scrupulus; cum utique  
ad directam heredis institutionem regulariter  
septem testes requirantur; si autem codicillo-  
rum instar pacta dotalia ualere debeant, fas erit, pro-  
ximo

ximo cognato, quartam Trebellianicam detrudere, neque superites coniux plus, quam Dodrantem, reportabit. Enimvero obseruandum, quod, sicut tota haec ratio deferendi hereditatem, iure ciuili, est incognita, *l. s. C. de Pact. Conu.*; & ex solis moribus proficiscitur, ita ad eandem consuetudinem referri debeat, quod, ad effectum deferendae successione, septem testibus haud opus sit, sed quinque sufficiant, *Conf. BACHOV. ad Treutl. Vol. II. Disp. 7. tit. 7. li. A. uerb. Tullia pact. in fin. ANT. FABER. in Cod. rit. de Pact. conu. d. 6.* Ita Ordo Vitemberg. Mens. Aug. 1723. in eadem causa.

## OBSERVATIO V.

**Pacta dotalia, in uim ultimae uoluntatis inita, ab alterutro Coniugum, altero inscio, uel inuito, pro lubitu mutari queunt.**

**D**octrina haec ubiuis quidem obuia est, & communiter a Dd. inculcatur; Sed tamen eorum plerique in hac sola ratione conuiescunt, quod ultimae uoluntates reuocationi obnoxiae sint. Cum uero iidem alia pacta, de succedendo, hodie admittant, eademque irreuocabilia esse fateantur, ostendenda fuerat utrinque diuersitatis ratio. Et sane, subductis recte rationibus, dicendum, irregularem prorsus eorum pactorum dotalium naturam esse, quae uulgo mixta audiunt, & quibus futura successio datur, eademque, inter alias conuentiones, & ultimas uoluntates, uelut interiecta esse. In aliis pactis successoriis, nullis testibus, nisi forte probationis causa, duobus, opus est, haec quinque requirunt; Utrumque, & nu-

merus testium, & pœnitendi facultas, ex eodem fonte deriuari debet; qui alius non est, nisi consuetudo, & usus fori. Nec tamen diffiteor, magis consultum negotiis humanis fore, si quacuis pacta dotalia, quibuscunque demum uerbis concepta, id essent, quod uocantur, h. e. pacta; quae sua natura ius irreuocabile transferunt, neque ad sui perfectionem testes exigunt; praesertim cum saepe, captatione uerborum, mentem atque intentionem paciscentium eludi, experientia ostendat. Vnde doctrinam, de diuisione pactorum, in simplicia, & mixta, inuentum glossatorum & causidicorum appellat TITIVS ad *Compend. Iur.* LAVTERB. *Tit. de Pact. dotal. obs. 744.* Occurrit haec quaestio in Collegio Ictorum Vitembergenf. Mens. Aug. 1723. in eadem causa.

## OBSERVATIO VI.

Ius coquendi & uendendi cereuisiam solo non usu amittitur.

Consequitur hoc ex natura & indole priuilegiorum, quae, non utendo, decem annis, iure Ciuili, apud Saxones uero, ut quidam uolunt, 31. annis, 6. septimanis & 3. diebus, extinguntur. *l. 1. ff. de Nundin. CARPZ. P. 2. C. 3. d. 23.* Neque adeo, ut quis in alterius contradictione acquieuerit, quo alias in praescriptione actuum merae facultatis opus est, requiritur. Si modo quis facultatem occasionemque, priuilegio utendi, habuerit. *Diff. DN. A LYNCKER. Analect. ad STRVV. Tit. de usu. cap. 1h. 22.* Ita Ordo Vitembergenf. Mens. Iul. 1723. ad requi-

tionem des Ampts Hain in causa George Heinrich  
Lieben betrl.

## OBSERVATIO VII.

**Pœna 100. florenorum illis, qui  
ius cereuisiarium usurpant, non aliter di-  
statur, quam si comminatio præ-  
cesserit.**

**S**ecundum *Ord. Prou. Sax. d. A. 1555. Tit. Brauen  
und schencken* x. illi, qui ius hospitandi, uel ce-  
reuisiam uendendi, nouiter exercent, poenam centum  
florenorum incurrunt. Quae cum dura uideatur, usu  
fori inualuit, ut eidem non aliter, quam si admoni-  
tio praecesserit, locus relinqui soleat. Eundemque  
stylum a summo Regimine Dresdensi rescribendo ob-  
seruari, auctor est *Nob. Dn. DE BERGER Parr. 2. supplem.  
E. D. F. p. 477.* Ita censuit ordo Vitembergensis Mens.  
Iulii A. 1723. in eadem causa, uerb. *Nunmehr aus des-  
sen Actis und derer Partheyen recht. Einbringen so  
viel zu befinden / daß Beklagter des Bier / und ausländ-  
ischen Weinschancks auf seinem Guthe zu Obergauer-  
nitz / bey Vermeydung der in Landes-Ordnung darauf  
gesetzten Strafe / sich zu enthalten schuldig. Rat. Decidend.  
Dieweil auf die Strafe der 100. fl. ehe eine commina-  
tio vorhergegangen / nicht so fort zu erkennen gewesen.  
So ist x.*

## OBSERVATIO IIX.

**Vinum, in proprio fundo natum, re-  
gulariter a quouis libere uendi potest.**

B 3

Equi-

**E**quidem negari nequit, ius uendendi uinum, per modum commercii, non minus, in Saxonia, ciuitatibus proprium esse, ac ius uendendi cereuiciam. Vtrumque per *Ord. Prou. Sax. de Ao. 1575.* interdictum est illis, qui ruri habitant, nec peculiari priuilegio, aut praescriptione, nituntur. At enim uero sicuti hoc intelligendum de commercio & negotiatione uinaria, ita non pertinet ad uinum, quod in propria cuiusque uinea nascitur. Huius enim uenditio non minus permessa est, quam aliorum fructuum, quos terra producit. Quo faciunt uerba laudatae *Ord. Prouinc. c. I. ibi: kauffen Wein auf den Verkauf* / quae aperte solum commercium uinarium excludunt. *Add. Nob. Dn. DE BERGER P. 2. Supplem. ad E. D. F. p. 238. seqq.* Ita iudicauit Facult. Vitembergensis Mens. Iulii 1723. in eadem causa. uerb. Ration. Decidend. auch das Verboth des Wein-Schancks auf dem Lande bloß von dem Ausländischen / damit ein Handel und Wandel getrieben wird / anzunehmen / ein Land-Wein aber / welcher in eines ieden Weinberg wächst / eben so wenig / als das von eines ieden Acker gewonnene Korn / zu verkauffen verbothen.

## OBSERVATIO IX.

In causis summaris, etiam post re-  
sponsum ad libellum, delationi iurisiurandi locus est.

**E**quidem in *Ordinat. Proc. Sax. tit. 18. pr.* cautum est, quod, post litem contestationem, iurisiurandi delatio amplius admitti non debeat. Sed obseruandum, quod haec dispositio supponat processum ordinari-



dinarium, cui soli litis contestatio proprie congruit. Vnde consequitur, eandem in processu summario minus locum habere, sed posse, praesertim si actor id urgeat, & causa favorem mereatur, facultatem deferendi iurisiurandi per sententiam ipsi reservari. Ita Ordo Ictorum Vitembergenf. Mens. Aug. 1723. ad requisitionem Gottfr. Gruhlen Commission-Raths und Amtmanns zu Mühlberg in causa Christian Richters contra Gottfried Bergern verb. daß Bekir. zuförderst die ihm rechtskräftig zuerkandten Unkosten Klägern zu erstatten / dieser hingegen / weil jener auf die Klage geantwortet / und solcher nicht allenthalben geständig / den Grund derselben / und so viel ihm daran verneinet / in Sächs. Frist Beklagten Gegenbescheinigung und andere rechtliche Nothdurfft in ebenmäßiger Frist vorbehältlich bezubringen / schuldig / ferner darauf zu beschehen / was Recht ist / unmassen auch gestaltten Sachen nach / und in Ansehung / daß gegenwärtige causa summaria, auch favorabilis, die Chur. Fürstl. Sächs. Process. Ordnung tit. 18. aber von dem Processu ordinario lediglich disponiret / so wohl Kren als Beklagten der Eydes-Relation geübrend sich zu gebrauchen unbenommen B. R. B.

## OBSERVATIO X.

Per lapsum quinquennii, ab ultimo  
Inquisitionis iudicialis actu, adulterio  
praescribitur.

**E**quidem hoc ipso, quod inquisitio, ex capite adulterii, formari coepit, praescriptio interrupta intelligitur, etsi forte reus nondum citatus fuerit. FARINAC. *de Inquisit.* L. 1. t. 1. q. 10. n. 28. Sed quousque

que inquisitio, uel accusatio, deinceps perpetuetur, anceps quaestio est. Verior autem & Iuris principiiis magis consentanea est sententia, quod hoc nonnisi ad aliud quinquennium fiat, ab ultimo actu inquisitionis iudicialis computandum. Quod enim, semel lite contestata, actiones temporales reddantur perpetuae, & quae sua natura iam perpetuae sunt, ad 40. annos, a nouissima cognitione, producantur. §. 1. l. de perpet. & temporal. action. l. ult. C. de praescript. 30. vel 40. annor. tantum ad actiones civiles pertinet, atque adeo ad causas criminales, silente lege, proferri nequit; quippe quae diuersi longe generis sunt; neque in poenis, quae odiosae habentur, extensiuac interpretationi facile locus est. Quamobrem benignior hic interpretandi ratio merito ineunda; ut inquisitio, semel coepta, non ultra ordinarium praescriptionis, in quouis delicto, tempus, perpetuetur & proferatur. Add. Nob. Dn. DE BERGER *El. Proc. Crim. p. 344. seq. Oeconom. Iur. p. 872.* Ita Ordo Vitembergenf. Mens. Febr. 1722. in eadem causa. uerb. Und in denen delictis, da die 5. jährlige Praescription ordentlicher Weise statt hat/ auch bey der / wegen eines solchen Delicti angestellten Inquisition die Zeit der Praescription nur auf 5. Jahr / von dem letzten actu iudiciali anzurechnen/ sich erstrecket.

## OBSERVATIO XI.

Exceptio spoli locum habet, quamuis spoliatus per annum tacuerit.

**A**lia est opinio Scabinorum Lipsiensium, qui, anno elapso, hanc exceptionem cessare, uolunt, uid. RIVIN. *ad O. P. S. tit. II. En. 37.* Sed enim uero hanc

hanc ad annum restrictionem nulla, uel lex, uel ratio solida commendat. Equidem iure Sax. communi possessio per annum continuata, praesumitur esse legitima. *Land: R. L. 2. art. 44. pr.* Sed haec praesumptio cessat, quando probari potest spoliū. Ita Ordinem Ictorum Vitembergensem, cum alias saepius, tum sigillatim *Mens. Nou. 1722.* ad requisitionem *des Rathes zu Görlitz* in causa *David Samuel Steinfreids/* contra *Theophilum Herrmannen/* iudicasse, ex Dn. Praefide audiui.

## OBSERVATIO XII.

Qui Expensas liquidas ex re iudicata alteri debet, ante earum restitutionem, in iudicio non admittitur, etsi ex alia causa illae debeantur.

**F**undamentum & sedes doctrinae est in famosa *L. sancimus. 15. C. de Iudic.* ubi sumptibus, re iudicata innixis, & ad liquidum perductis, id privilegii indultum, ut quis cum eorum debitore, non iudicio experiri, aut cum eo se committere teneatur prius, quam eosdem persoluerit. Cumque *Lex* illa inter causas, utrum eadem, an diuersae, sint, haud distinguat, nec nobis distinguendum, sed generaliter idem, sine causarum discrimine, asserendum fuerit. *CARPZ. L. 3. R. 30. n. 22. seqq. Nob. Dn. DE BERGER, Oeconom. Iur. p. 1038.* Ita *Facultas Vitembergens. Mens. Octobr. 1722.* ad requisitionem *derer Gerichten zu Döligsch* in *Causa Peter Leisnigs* contra *Reginen Etoldin.*

## OBSERVATIO XIII.

Contra Decretum Interimisticum,  
in causa alimentorum, remedio suspensiuo  
locus haud est.

**I**ure ciuili res plana est; quia huiusmodi Decretum est loco sententiae interlocutoriae; a qua, nisi grauamen irreparabile contineat, illo iure appellare haud licet. *L. 2. ff. de appell. recip. uel non.* Quamuis prouocandi facultas laxior sit iure Canonico, iuxta *cap. 12. X. de Appell.* non tamen ea tanta intelligitur, ut ad tale interimisticum decretum, quo alimenta durante lite subministrari iubentur, extendi possit; tum ob fauorem causae alimentariae, tum quod ea moram non ferat, & publica simul utilitas subsit. uid. *STRYCK. d. Decret. Interimist. cap. 5. n. 2. seqq.* Ita iudicauit Ordo Vittemberg. Mens. Dec. 1722. ad requisitionem des Rathes zu Hamburg in causa *Johannen Bölders / contra Das vid Böldern.* uerb. daß die gesuchte Reuision, gestalts ten Sachen nach / unzulässig. *B. R. W. Rat. Decidend. Dieweil bekandten Rechten nach / mit der causa alimentorum, & quando lis desuper orta, es diese fundbare Bewandniß hat / quod in eadem summarie & de plano procedendum,*

*L. 5. §. 2. τ. de agnosc. & alend. liber.*  
nec permittatur appellatio intuitu alimentorum, praesentium & futurorum, per

*L. 8. τ. de aliment. uel Cibar. leg.*

*L. ult. τ. de appell. recipiend.*

*IOH. A. SANDE Decif. Fris. Lib. I. Tit. 13. def. 4.*

MEV.

MEV. P. I. Dec. 168. & P. 3. D. 37. n. 11.

SCACCIA in Tr. de appellat. quaest. 17. Limit. 7. n. 14.

LAUTERBACH. Colleg. Theor. Pract. L. 34. Tit. 1. th.  
10. ibidemque alleg. Dd.

B. Dn. STRYCK in Diff. de Decreto Interimist. cap.  
5. §. 33.

ubi in specie de inadmissibilitate remedii reuisionis agit, einfolglich in praesenti casu, das von Appellanten eingewandte remedium reuisionis gleichfalls in forma nicht richtig und zulässig seyn kan/ So haben wir die gesuchte Reuision pro inadmissibili, jedoch mit Ubergeshung der Expenfarum retardati processus, weiln Appellantens erstes Reuisions; Graumen/ sonst an und vor sich selbst fundiret/ erkannt.

## OBSERVATIO XIV.

Si leuterans, intra fatale, terminum prosecutionis praefigi petiit, leuteratio deserta haud est, etsi sportulas, pro emittenda Citatione, soluere iussus non paruerit.

**A**liter sentit RIVIN. ad O. P. S. t. 35. En. 29. ubi simul praeiudicium, e Scabinatu Lipsiensi peritum, adducit. Sed quia haec opinio lege destituitur, sine qua nouas desertionis poenas comminisci, fas haud est, eandem insuper habendam esse, patet. Nec est, quod quis famosam L. Sancimus. 79. ff. de Iudic. nobis obiiciat. Illa enim eo tantum pertinet, ut quis prohiberi possit, ne quid in iudicio peragat prius, quam sportularum solutione defunctus sit; quod si fatale fuerit,

rit, poenam utique desertionis incurrit. At eo, in quo uersamur, casu, leuterans petendo Citationem, officio suo satisfecit, & fatale obseruauit; ut quid ulterius ante iustificationis terminum faciat, nulla lex requirit; Plane, si deinceps in termino prosequi leutationem uelit, arceri, eoque desertionis poenae locus fieri potest, nisi expensas soluat. Ita censuisse Ordinem Vitemberg. Mens. Ian. 1723. ad requisitionem des Raths zu Grimma / in causa des Raths Cämmerey contra Jacob Grimmern / ex relatione Dn. Praefidis compertum habeo.

## OBSERVATIO XV.

Spatium sex mensium, intra quod actio redhibitoria moueri debet, statim a tempore contractus incipit.

**A**ctioni redhibitoriae in iudicium deducendae constitutum est tempus sex mensium. *L. 2. C. de Aedilit. Edict.* Quod, spectato initio, continuum est; adeoque currit, non a die scientiae, quod res uitio laboret, sed a tempore initi contractus, *per L. 29. §. ult. ff. eod.* Intuitu cursus dies computandi, quibus iudex adiri potuit. Qui computus cum difficultate laboret, & propterea annus utilis sublatus, in eiusque locum quadriennium substitutum sit, *in l. pen. C. de temp. in integr. restit.* analogiae iuris utique consentaneum puto, ut in uicem sex mensium, in actione redhibitoria, biennium surrogemus. Add. STRYCK. *Annotat. ad Comp. Iur.* LAVTERBACH. *t. de Aedilit. Edict.*  
Actum

Actum de hoc in Collegio Ictorum Vitembergensi  
Mense Ian. 1723. ad requisitionem des Ambts Weisens-  
fels in causa Joh. Christoph Sallands contra Michael  
Loosfen.

## OBSERVATIO XVI.

Quando actor, qui aduersus senten-  
tiam, qua actio reiecta, Leuteratione usus, de-  
claratoriam, *prouti instituta*, obtinuit, con-  
tra hanc denuo leuterat, est leuteratio  
leuterationis, eaque inadmis-  
sibilis.

**F**ac, pronunciatum esse, quod actioni in iudicium  
deductae locus haud sit, *daß die Klage nicht statt  
habe*; eam uero sententiam ab actore a uiribus  
rei iudicatae, mediante leuteratione, suspendi, & se-  
qui sententiam, quae priorem ita declaret, ut non in-  
telligi debeat de actione simpliciter, sed tantum, *pro-  
uti instituta*, *nur inmaßen sie anbracht*; Quæritur, an  
admittenda sit noua leuteratio, ab eodem actore in-  
terposita? Resp. negando; cum manifestum sit, eam  
reuera leuterationem leuterationis esse. Namque sub  
prima sententia, *daß die Klage nicht statt habe*/ con-  
tinetur etiam hoc, quod locum non habeat, *prouti  
mota*, *inmaßen sie anbracht*; adeoque ambae senten-  
tiae hætenus conformes sunt; contra quas proinde  
noua Leuteratio recipienda haud est. Ita censuit Or-  
do Vitembergensis Mens. Ian. 1723. ad requisitionem  
des Ambts Zörbig in causa Caspar Rahdens contra  
Andreas Dietrich von Belgig.

## OBSERVATIO XVII.

Verba pacti: Daß die Triffen beyder  
seits gemein seyn sollen / mutuam serui-  
tutem non inferunt.

**D**e iure Compascui, quatenus uel iure familiari-  
tatis, uel mutuae seruitutis, competit, actum in  
*P. 6. Obs. 356. & P. 8. Obs. 358.* Quo posteriori  
loco ostendi, neutrum ita praelumi, quin illi, qui in al-  
terutro iure se fundat, probatio eius iniungi debeat.  
Iam fac, ad probandam seruitutem mutuam, prouoca-  
ri ad conuentionem inter partes initam, in cuius for-  
mula habeatur, quod pasca in posterum communia  
esse debeant, quaeritur, an his mutua seruitus satis  
probata intelligatur? Resp. negando. Sed pacifcen-  
tes, nisi aliam mentem liquido expresserint, id potius  
egisse uidentur, ut reciprocum precarium constitue-  
rent, & quandam societatem inirent, cuius haec indo-  
les est, ut unius etiam dissensu reuocari queat. Ita  
Curia Prouincial. Vitemberg. in Term. Erhardi 1723.  
in causa Joh. Ehrenreich Ostermannen contra August  
Muquardten. uerb. Daß Appellat in Ansehen / daß in  
denen producirten Documentis, welchergestalt die strei-  
tige Koppel: Beyde iure seruitutis constituirer wor-  
den / deutlich nicht enthalten / weniger die Zeugen da-  
von etwas gewisses deponirer / in dubio aber zu prae-  
sumiren / daß dergleichen Beyde nur iure familiaritatis  
verstattet / also ex natura precarii, so jederzeit reuocirer  
werden kan / keiner praescription unterworffen / das  
jenige / so ihm nach Anleitung des iudicati in Actis Imae  
Inst.



Intt. fol. 99. seq. zu bescheinigen aufserleget / und er sich angemasset / nicht beybracht / Derowegen es / der von demselben eingewandten Leuterung ungeachtet / bey dem am 21. Martii des 1716ten Jahres eröffnieten / und in gedachten Actis fol. 60. seq. befindlichen Urtheil billig bleibet.

## OBSERVATIO XVIII.

Beneficio Restitutionis in integrum,  
etiam in Possessorio summarissimo locus est.

**E**quidem ob stare uidetur, quod Praetor minima non curet, adeoque exigui momenti laesionis rationem non habeat, iuxta *L. 4. de Restitut. in integr.* Atqui damnum, possessorio summarissimo illatum, facile per ordinarium, uel petitorium, reparari potest. Sed enim uero, cum ab arbitrio iudicis dependeat, aestimare & metiri, quaenam laesio alicuius momenti censi debeat, & aliquando haud exiguum praerudicium afferre possit, in possessorio summarissimo succubuisse, inde etiam in hoc processu genere restitutioni in integrum locum relinquendum esse, censuit Curia Prouinc. Vitemberg. in Term. Erhardi 1723. in causa der Gemeinde zu Döbrigau / contra die Gemeinde zu Züßdorff / uerb. Daß in erster Instanz wohlgesprochen / jedoch mit dieser Erklärung / daß Appellatens Principalen / gestalten Sachen nach / und in Ansehung / daß sie / als eine Gemeinde / auch wieder derer Appellaten Principalen / als einer ebenmäßigen Uniuersität / weilen ermelbten Appellatens Principalen de damno

mino uitando certiren / bekantten Rechten nach / sich  
 des Beneficii restitutionis in integrum zu erfreuen ha-  
 ben / in integrum zu restituiren / mit der gebethenen  
 anderweitigen Bescheinigung annoch zu hören / sie sind  
 aber damit in Sächsl. Frist / bey Verlust des igt an-  
 geregten Beneficii, der Appellaten Gegenbescheinigung  
 und andere rechtliche Nothdurfft / in gleichmäßiger  
 Frist / sowohl beyden Theilen die Eydeshelation vor-  
 behältlich / einzukommen / nicht weniger die durch die  
 bereits geführte Bescheinigung verursachte Unkosten /  
 nach vorgehender deren Liquidation und unserer Ermä-  
 ßigungderer Appellaten Principalen / zu erstatten schul-  
 dig / zu welchem Ende diese Sache / an derer vorigen Rich-  
 ter billig remittiret wird / immaßen wir sie hiermit dahin  
 remittiren und weisen.

## OBSERVATIO XIX.

**Ei,** qui in publicationem senten-  
 tiaë, ad certum diem, consensit, decendum,  
 nonnisi hoc elapso, currit, quacunquë de-  
 mum hora aduersario illa facta  
 fit.

**C**onstat, totum publicationis diem citato cedere,  
 adeoque uesperis demum, hora sexta, finiri. Vid.  
*Nob. Dn. DE BERGER E. D. F. p. 902. & Oeconom.*  
*Jur. p. 1039.* Iam fac, alterutrum litigantem, iudici, si-  
 ue scripto, siue uiua uoce, declarare, quod consentiat,  
 hoc uel illo die publicari sententiam; publicationem  
 deinceps aduersae parti, hora diei matutina, fieri, quae-  
 ri-

ritur: An ab illa hora utriusque litiganti decendum interponendae appellationis, uel Leuterationis, currat? Ita primo intuitu uideri posset, quod, qui in publicationem consentit, censeatur etiam in quacunque horam consentire; ut perinde sit, atque si illa ipsa eidem quoque publicatio facta esset. Sedenim uero, re altius ponderata, contraria opinio, ceu aequior, meretur praeferi. Consensus enim, in publicationem sententiae, praestitus intelligitur, saluo iure, h. e. ut integrum quis retineat publicationis diem; ne maturius, quam alias, si prorsus contumax fuisset, decendum ipsi exeat. Namque rationis est, non durius cum eo agi, qui in publicationem consentit, quam qui omnimodam contumaciam emanando admisit. Ita censuit Ordo ICorum Vitemb. Dec. 1722. ad requisitionem des *Ambtmanns zu Hahn* in causa N. N. Et postea rursus semel iterumque.

## OBSERVATIO XX.

**Legatum a Rustico, coram paucioribus, quam quinque, testibus relictum non valet.**

**E**quidem etiam in testamento rustici quinque testes sufficiunt, quando plures haberi nequeunt. *l. ult. C. de Testam. Rec. Imp. de A. 1512. Tit. 2. §. 2.* Unde colligi uidetur posse, in Codicillo rustici tribus testibus opus esse, sed obseruandum, quod hanc argumentandi rationem non permittat iuris singularis indoles. Non sequitur, aliquid singulare sancitum est circa testium numerum, in testamento rustici; ergo idem numerus ulterius minui debet in Codicillo; ut

D

recte

recte notat STRYCK. *ad Compend. Iur.* LAVTERB. *tit. de Mort. caus. donat.* Ita laudatus Ordo Vitemberg. Mens. Iulii 1722. ad requisitionem des Amts Zehershausen in causa Annen Marien Weydemännin und Conf. contra Hannß Rüttern.

## OBSERVATIO XXI.

Quando actor, ad excludendum reum a possessione praedii, uel iuris alicuius, se fundat in der alleinigen possess, libellus, tanquam ineptus, reiicitur.

**P**assim & saepius monitum, cauendum esse Aduocatis, ne possessionem simplicem, cum possessione iuris prohibendi, confundant. Illa hanc nequam includit & comprehendit; Sed ad hanc actus prohibitiui, quibus quis alterum ab exercitio arcuit, requiruntur. Unde consequitur, eiusmodi libellum, in quo actor solitariam possessionem, die alleinige possess, allegat, ceu minus apte formatum, & congruo agendi fundamento destitutum, reiici oportere. Ita Scabini Lipsienses Mens. Aug. 1722. ad requisitionem des Amts Lützen / in causa der Gemeinde zu Güntersdorff / contra die Gemeinde zu Redden. uerb. Daß Klägers Suchen / dieweil derselbe keinen actum prohibitiuum angegeben / nicht statt hat. Quorum sententiam confirmauit Facult. Vitemb. Mens. Febr. 1723. uerb. Leuterung ungeachtet &c.

## OBSERVATIO XXII.

Sola Indicia, licet grauissima, commissi adulterii, ad diuortium haud sufficiunt.

Non

**N**on desunt, qui solas coniecturas, & praesumptiones, de adulterio perpetrato, pro iusta diuortii causa admittant; ueluti, si nudus cum nuda in lecto reperiatur; iuxta *cap. 12. X. de praesumpt.* Sed obseruandum, quod ibi tantum agatur de separatione quoad thorum & mensam, non de illa, quae uinculum soluit, & parti innocenti facultatem nouas nuptias contrahendi tribuit; ut uerba textus finalia aperte indicant. Cum & alias constet, nunquam Iure Canonico, ob adulterium, totale diuortium, quod ipsum uinculum rumpat, permitti. *Can. 1. & 22. Caus. 32. quae. 7.* Caeterum sententia nostra satis Iure Diuino firmatur; quod ad effectum diuortii, nouique matrimonii unendi, *adulterium* exigit. *Math. 5. u. 32.* Hoc autem, sine copula carnali, non intelligitur. Neque uero sequitur: Hic, uel ille, de adulterio suspectus est, ergo reuera adulter est. Multa enim interuenire potuerunt, quominus crimen, cuius gratia ambo clam, & remotis arbitris, conuenerant, actu committerent. u. g. si tempestiue deprehensi suo uoto exciderint. Antequam igitur confessus crimen, uel plene de eo conuictus quis sit, pro adultero haberi, & sic diuortio, quoad uinculum, locus esse nequit. Hinc tali casu, ubi indicia adulterii se produnt, causa diuortii ciuilibus tantisper suspendi, & inquisitio, ceu praeiudicialis, aduersus conjugem suspectum institui, atque ad finem perducenda debet. *Vid. l. ult. C. d. Ord. Iudic.* Ita Ordo Iudiciorum Vitembergensis Mens. Febr. Ann. 1723. ad Interrogationem **Christian Gottfried Gräffen / Adu. zu Dresden / uerb. Obwohl / einiger Rechts-Lehrer Meynung nach / in actione ad diuortium, indicia & praesumptiones adulterii ur-**  
**D 2**  
 gen-

gentes hinlänglich seyn / auch / daß die oben angeführten / nach denen fol. 14. seqq. allegirten textibus iuris, und Meinungen derer Rechts- Lehrer / vor solche zu halten seyn / scheinen möchte / Da aber dergleichen Meinungen auf keinem richtigen Fundament beruhen / vielmehr nach Anleitung der göttl. Rechte / zur gänglichen Ehe-Scheidung, ein würcklicher Ehebruch / dessen der Ehegatte entweder geständig / oder genugsam übersühret / erfordert wird / gestalt das Cap. 12. de praesumpt. welches die Dissidentes anzuführen pflegen / weil solches nur de diuortio quoad thorum & mensam handelt / confer. c. 1. & 22. Cauf. 32. quaest. 7. hieher nicht zu ziehen.

## OBSERVATIO XXIII.

Annuae praestations non sigillatim praescribi debent, sed una est earum praescriptio.

**I**n Saxonia Electorali res clare decisa per P. 2. *Const. El. 2.* Vtra uero sententia in foro communi praequalere debeat, dubia est & anceps quaestio. Plerique Dd. eam opinionem defendunt, quod ad quamlibet annuam praestationem propria praescriptio necessaria sit; cuius praecipuum fundamentum constituunt in *L. 7. §. ult. C. de Praescr. 30. uel 40. ann. ibi: cuiusque anni uel mensis.* GAIL. *L. 2. O. 73.* BERLICH. *P. 2. Concl. 4. num. 5.* BARRY *d. Success. l. 9. c. 25. n. 11.* FACHIN. *l. 8. c. 99.* Quos & sequitur Nob. Dr. DE BERGER *Resolut. LAUTERB. pag. 643. & Oecon. iur. p. 404. in fin.* Sed enimuero contrarium defendit BACHOV. *ad Tr. Dissp.*

*Disp. 22. th. 3. lit. 1. uerb. d. annuis praestationibus.* Quae & *Bulgari* sententia fuisse dicitur. *BARRY c. 1.* Eademque in puncto iuris placet *BRUNNEMANNO ad c. 1. §. ult. n. 6.* & *SCHVVENDENDÖRFFERO ad ECKOLT. t. d. ann. legat. & fideic. §. 3.* Quam & ego amplecti non dubito. Omnis enim actio 30. annis extinguitur. *l. 3. & 4. C. de Praeser. 30. ann.* A qua regula praesens casus nullibi reperitur exceptus. Sane in *l. 7. §. ult. C. eod.* quae a dissentientibus obiicitur, id tantum Imp. cauet, quod praescriptio non currat a tempore contractae obligationis, ut alias, sed a quouis anno uel mense, quo scil. praestatio facta haud est. Quod uero sic non tota perimatur obligatio, sed intuitu singularum praestationum propria praestatio requiratur, de eo nullum, si uerum fateri licet, in *c. 1.* uestigium occurrit. Verbum: *Cuiusque*, captari non oportet; quippe quod tantum initio obligationis opponitur, plures autem praescriptiones haudquaquam infert. Neque tali casu plures obligationes dantur, sed una tantum, cuius effectus se singulis annis, uel mensibus, exerunt. Illa igitur, per ordinariam praescriptionem, sublata, & hos cessare oportet. Verum est, quod in obligationibus in diem, praescriptio non currat, nisi cum dies uenerit. Sed hoc intelligendum de illis tantum obligationibus, quibus initio certa dies adiecta; ut recte animaduertit *BACHOVIUS c. 1.* non cum obligatio potius est pura, & solum praestationes diuisae. Nec sane, si aliter dicamus, solidi quid poni potest ad *l. 26. pr. C. de usur.* Nam & usurae, perinde ut aliae praestationes annuae, non peti queunt, nisi singulis annis uel mensibus, aliisque stasis temporibus,

prout, inter creditorem & debitorem, conuenerit. Nec uero satis est, dixisse, usuras esse occasionem obligationis principalis, qua extincta, & illas cessare oporteat. Nam & annuae praestationes sunt effectus obligationis initio contractae, cum qua necessario cohaerent, quae extincta, illae exigi haud possunt. Et igitur de usuris non minus dici potest, quod singulis annis existat obligatio ad eas soluendas, quam de aliis praestationibus. Vtrobique enim particulares illae obligationes sunt effectus unius obligationis, ab initio contractae, qua per praescriptionem finita, illae remanere nequeunt. Ita censuit Ordo Vitteberg. Mens. Iul. 1723, ad interrogationem Modestini zu Melderswiz, uerb. **Ob wohl verschiedener Rechts- Lehrer Meynung nach die jährliche Zins und Pächte/ besonders was diejenige anbelanget/ so noch nicht verfallen/ sondern allererst fünfzig fällig werden/ nicht verjährret werden können/** uid. *ESBACH ad CARPZ. P. II. consl. 2. Def. 1. n. 3. ibique allegat. Dd.*

inmaßen sie sich diffals auf den

*L. 7. §. fin. C. de praescr. 30. l. 40. an.*

beziehen/

Dennoch aber und dierweil andere Rechtes- Lehrer das Gegentheil behaupten/ und daß der angezogene *L. 7. §. fin. C. de praescr. 30. uel 40. ann.* bloß von besondern das selbst angeregten Fällen zuverstehen sey/ ausführen/

*CÖPPEN. Usus pract. Inst. Imp. Obs. 91.*

solches auch in der

*Consl. El. Sax. II. P. II.*

approbiret zubefinden/ und Zeithero in den hiesigen Rechts-



Rechts Collegiis darauf dergestalt erkannt worden ist/  
daß auch nicht einmahl der mala fides auf Seiten des praescribentis attendiret worden/

DN. WERNHER. P. 3. Obf. 94. & 213.

Im übrigen aber in facto angegeben wird / daß die an-  
seho praetendirte Pächte und Geld-Zinsen / bey nahe  
von einem ganzen seculo her nicht abgestattet worden /  
da doch zu einer praescription auch wieder eine Stadt  
eine so lange Zeit nicht einmahl erfordert wird/

DN. DE BERGER. P. I. Resp. 39.

So erscheinet daraus allenthalben so viel / daß Sempro-  
nius dem Zittauischen Magistrat weder die versebene /  
noch künfftige / Ogwinische Zinsen abzustatten ver-  
bunden.

#### OBSERVATIO XXIV.

**Iure Communi appellatio non est**  
deserta, si appellans terminum eius iustificandae,  
iusto tempore petierit, etsi hic a iudice  
postea intra unum, uel plures annos,  
praefixus non fuerit.

**I**nter notissima appellationis fatalia est terminus iu-  
stificationis, quae fieri debet intra annum. *Auth. Et quis*  
*appellat. C. de temp. appellat. Idemque currit*  
*tempore interpositae appellationis. l. 2. 3. C. de temp. appell.*  
Quod uero intra hoc tempus praecise impetrari iustifi-  
cationis terminus debeat, nullibi iure constitutum le-  
gitur. Satis itaque est, eundem intra annum peti-  
tum esse. Neque enim fatalia temere, silentē lege, mul-  
tiplicari, fas est. Ita Ordo Viteb. Mens. Iul. 1723. ad re-  
quisitionem des Consistorii zu Lübben/ in causa  
Ehris-  
sian

stian Ehrenfried von Biedebach/ contra Fr. von Brans-  
dorff. verb. daß die Appellation, gestaltten Sachen nach/  
noch nicht desert und ertoschen/ Es ist aber Appellant zur  
iustification derselben einen Termin in Sächß. Frist  
auszubringen schuldig. B. R. W.


## OBSERVATIO XXV.

Quando incertum, uter ex duobus  
prior licitatus sit, subhastatio de nouo  
fieri debet.

Quod eo casu, ubi certum est, eodem tempore, ab  
utroque, factam esse licitationem, uterque iure pri-  
mi liciti gaudeat, & hinc, si communio displiceat,  
forti res committenda sit, docuit Dn. Praeses in P. 10. Obs.  
433. Aliud dicendum, quando plures non simul quidem  
licitati sunt, sed tamen haud constat, nec probari potest,  
quisnam ex illis alterum praeuenerit; tunc enim ad no-  
uam subhastationem, ubi cuius ad ius primae licitationis  
uia patet, deueniendum erit. Quod enim tali casu ma-  
ior summa praeferrri debeat, uti Scabini Lipsienses, au-  
ctore D. BARTHIO *Hodeg. For. p. 405. seq.* Mens. Mart.  
1709. iudicarunt, admitti propterea haud posse uidetur,  
quod circa ius primae licitationis non quantitas, sed so-  
la prioritas temporis, spectetur. Ita Facult. lurid. Lips.  
Mense Dec. 1722. ad requisitionem der Stadtgerichten zu  
Dresden in causa G. H. Gr. Concurs betrl. verb. daß  
mit Ausruftung des Gasthoffs gestalten Sachen nach  
anderweit gebührend billig verfahren wird. Quam sen-  
tentiam confirmauit Ordo Vitemburgensis

Mens. Jul. 1723.

T A N T V M.







Wittenberg, Diss., 1723

ULB Halle

3

004 581 644







827A.

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA  
QUA  
1723 27  
**OBSERVATIONES  
FORENSES**

EX MATERIA  
DE  
**PACTIS DOTALIBVS  
ALIISQVE IURIS CAPITIBVS**  
PRAESIDE  
**IO. BALTHASARE WERNHERO**

ICTO  
POTENTISSIMO POLONIARVM REGI, ET ELECT.  
SAX. A CONSILIIIS AVLAE ATQVE IUSTITIAE,  
ORDINARIO, ET DECRETALIVM P.P. ETC.

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
AD D. XXIX. NOV. MDCCXXIII.

IN AUDITORIO MAIORI  
PRO CONSEQVENDIS

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

ET  
**PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS**

PVBlice VENTILANDAS PROPONET  
**IO. CHRISTOPHORVS KLETTIVS**  
RADEBERGA MISNICVS.

VITEMBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

